

CANCELL\*  
MARTIS B\*\*  
1718\*




P. L. i. No. 65

2/8. April 15


~~J. J. J. J.~~

~~XXVIII 9. a~~









- I. Tentel de Probationibus et diversis probandis
- II. Michmanhausen de Perjurio judiciali.
- III. Werner de juramento hereditario.
- IV. Ansel und Postir nullius Testis.
- V. Bolini de licito usu et gravissimo abusu jurament
- VI. Wolfes d. Probati quod fit p. Testis.
- VII. Styrz d. Probati: contra praescripta juramentum legale.
- VIII. Joh. S. Styrz d. Concessio juramentorum.
- IX. S. Styrz de Prob. Sem. Et.
- X. S. Styrz d. non loco iuris praescribent.
- XI. Schneider d. testimonio Principis.
- XII. Engelbr. d. Instrum. indifferet.
- XIII. d. Solo praescripto in rebus per se licitis.
- XIV. Lömer d. Colligi Probati.
- XV. S. d. Colligi Probati.
- XVI. Meier d. Test. Privilegi.
- XVII. Becca d. Probati p. Testes de auditu alieno eloquento.
- XVIII. Has. Müller d. Teste Clerico.
- XIX. Beier d. Probantur voluntate tacita et dubia.
- XX. Dieker de Compensandi liberans.
- XXI. Wächter d. Interrog. ab his eorum nisi.
- XXII. Willenberg d. iure credendi Testis.
- XXIII. Schroeter d. Testem minus idoneum habentem.
- XXIV. Hilliger d. iure et modo Testem non tenentem legem hunc qd.
- XXV. Boax d. Perjurii occasione praescribende.
- XXVI. S. Styrz d. casus juramentum singulorum respicientis.
- XXVII. Philippi de Demonstratione.

DISPUTATIO IN AGRICULTURA ET PASTORALIS PRACTICAE

PROBATIONIBUS

PROBATIONIBUS

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...

PHILIPPO DE HELMHO...





4

ORDINIS JURIDICI  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
p. t. DECANUS  
JO. BALTHASAR  
VVERNHER, D.

Pandectar. Prof. Publ. Curiae Provinc.  
Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus &  
Facultatis Juridicæ Affessor,

L. S.

ORDINIS JURIDICI  
IN  
ACADEMIA JEMBERGENSI  
P. C. DECANUS  
JO. BALTHASAR  
V. VERNER, D.

Publicus Prof. Publ. Curis Provinc.  
Gottschalki Pöschellicii, Schepharis &





Um Nobilissimus Candidatus No-  
ster Dissertationem suam *DE JU-  
RAMENTO HÆREDUM*, mi-  
hi offert, in mentem venit recor-  
dari eorum, quæ passim in foro  
circa hoc de Jurejurando argu-  
mentum recepta sunt, quorum  
nullam vel rationem cogitando assequi, vel fundamen-  
tum in Legibus reperire queo. Nec vero illa, quæ plu-  
rima, si non infinita, sunt, omnia nunc percerere con-  
stitutum mihi est; sed, data edisserendi occasione, u-  
num solum alterumve strictim attingere, animum in-  
dixi; non quod efficere aliquid, aut minus firmas opi-  
niones ex animis hominum evellere me posse confidam,  
sed ut dubitandi rationes, quæ me perplexum suspen-  
sumque habent, colligendo aliis judicandi arbitrium re-  
linquam. Principio semper miratus sum, quid esset,  
quod ab usu Exceptionum repelleret eos, qui delatum  
sibi ab adversa parte juramentum præstare recusant.  
Deficere Legem, quæ poenam tam gravem expresse  
fanciat, fatentur omnes. Equidem *Auth. Contra qui pro-  
prium. C. d. Non num. pec. de eo*, qui chirographum suum,

vel saltem numerationem pecuniæ inficiatus est, ac deinceps solutionis Exceptione utitur, cavet; ac *Ulpianus* in *L. 10. §. 1. d. Fidej.* illos, qui se fidejussisse negant, divisionis beneficio indignos pronuntiat; Sed quid hoc ad eum, qui religione ductus a juramento abstinet, Exceptionum robore confusus? Pœna lege definita ab uno casu ad alium, ab uno delicto ad aliud, diversi plane generis, nullo modo proferri potest. Hanc interpretationis regulam manifesta æquitate subnixam in fatalibus, quæ vulgo audiunt, ac revera nihil aliud, quam genus aliquod pœnarum sunt, & in veris gravibusque delictis coercendis cum attendamus, nescio, cur eadem in litis Contestatione Negativa negligi, ac insuper haberi debeat. Et cur, quæso, extra casum delati super fundamento actionis juramenti, cum reus facta in libello asserta negat, suasque Exceptiones addit, harum intuitu reprobationem admittimus, plene licet factorum illorum veritas ab actore probata fuerit? Equidem scio, argumentum objici, a transactione petitur, quæ in omni delatione juramenti insit; sed & illud scio, vim ejus tantam non esse, ut reo neganti defensio sua perire debeat. Transactio, sicut omne aliud negotium, quod ex consensu obligat, secundum mentem contrahentium intelligi ac dijudicari debet. Atqui tantum abest, ut reus, cum juramentum ab actore delatum acceptat, Exceptionibus suis renunciare velit, ut potius adjiciendo illas expresse, sat liquido declaret, ipsum non alia lege transactum cupere, quam ut in eum eventum, si jurare haud possit, vel nolit, salvæ ipsi Exceptiones maneat. Et qua fronte, quæso, aut cujus transactionis intuitu aliquid amplius postulet actor, qui v. gr. mutuum conscientia rei commisit, si hic delatum sibi juramen-

mentum post acceptationem detrectet, quam ut illud, super quo jurare debebat, scilicet mutuum, pro vero habeatur? Cum nihilofecius Compensationis, aliæve Exceptiones, quæ plane non in objectum transactionis venisse videri queunt, intentionem actoris elidant; præsertim cum semper transactio stricte intelligi, nec ultra capita, de quibus liquido convenit, extendi debeat. Sit licet transactionis species jurisjurandi delatio, ratio nis tamen, ut puto, & illud est, eam, ceu modum probandi subsidiarium, non plus efficere debere, quam probationem ordinariam, per testes vel documenta suscepiam. Atqui hæc sine discrimine, sive facta a reo negata ejus propria fuerint, sive non, Exceptiones ab eodem objectas haudquaquam excludit. At enim dolosam reorum inficiationem coerceri, & sic malitiis hominum occurri, publice interest. Atqui nec sola hæc ratio sine Lege valere potest, nisi, qui Judices sumus, Legislatores agere velimus; nec illa perpetua omnino est. Neque enim puto, eum statim mendacii convictum haberi posse, qui, quæ falsa sunt, ab initio negavit, ac nihilofecius delatum juramentum præstare recusat, nisi forte omnes admonitiones, quibus, etiam vere juraturos, a proposito suo dehortari solemus, damnandas esse censeamus. Quid igitur, quæso, stante illa hypothese, faciendum illi, qui singulari quadam Numinis reverentia tactus nec ob quamvis rem levidensem corporale juramentum præstare, neque tamen etiam, quæ falsa sunt, asserere, & quæ non fecit, tanquam facta, fateri velit? Nam coram Magistratu falso aliquid negare, & falso asserere, ejusdem, puto, generis, & æque gravia delicta sunt. Nec vero meliori fundamento nititur illud, quod hodie for-  
rum

rum sequitur, principium, quod actor, qui super facto famoso jusjurandum detulit, post præstitum calumniæ juramentum actione injuriarum conveniri nequeat; cuius hæc velut firmissima ratio redditur, quod mediante Juramento Calumniæ dolus purgetur, sine quo injuria concipi non possit; ac remissio juramenti eundem cum illius præstatione effectum producere debeat. Atqui Calumniæ Juramentum in ejus tantum favorem introductum est, cui jusjurandum ab altero delatum, ut ipse non aliter, quam si deferens de Calumnia prius juraverit, adigi ad jurandum queat. Huic favori si ultro renunciet, & calumniæ juramentum deferenti remittat, nulla ratio apparet, cur sibi hoc ipso præjudicare, & Remedio Juris ad vindicandam injuriam comparato excidere debeat. Quod ni ita esset, paratissimum cuique Calumniatori in promptu foret asylum; movendi nempe super eo, cujus alterum per calumniam arguit, delicto, actionem, & juramentum deferendi. Vix enim est, ut perfrictæ frontis Calumniator, si pœnam malitiæ imminere sentiat, hanc subire, quam jurando ab illa se liberare, malit. Nec video causam, cur, ex illa hypothesi, non quisque reus Injuriarum actione pulsatus statim ad jusjurandum, quo dolum ac injuriandi animum abfuisse probet, admitti debeat. Sic etiam quando in foro Saxonico per *Ordin. Proc. Tit. V.* mutatio libelli post litem contestatam, refusis reo expensis, admittitur, hoc restringi a Dd. solet, ad id tempus, quo sententia super Litis Contestatione lata, & actori probatio injuncta est; idque hac ratione defendi solet, quod Jus Saxonicum in hoc Juris argumento a Jure Civili, quippe quo post litem Contestatam libellum amplius mutare non liceat, recedat, & hinc strictissime accipiendum

dum veniat. Atqui illud, quod ad probandum aliud, tanquam verum, assumitur, nullo, saltem probabili, argumento ex Jure civili ostendi potest; Quippe quod contrarium expresse satis inculcat in *L. ii. C. d. Reb. Cred.* ubi facultas juramentum deferendi, atque adeo mutandi libellum, habita modi agendi ratione, usque ad sententiam, disertis verbis conceditur. Sed nolo vel hæc fusius persequi, vel alia, quæ in eandem sententiam in promptu sunt, afferre; quorum non pauca in *Dissertatione* sua congescit Nobilissimus Candidatus Noster,

## JO. FRIDERICUS LAMPE,

qui lucem primum vidit A. MDCLXXXVIII. Patriam nactus est Lipsiam, Emporium illud Europæ celebratissimum, Patrem, Virum Nobilissimum, JO. GEORGIUM LAMPIUM, Mercatorum Ordinis sui Seniores; Matrem, sui Sexus Ornamentum, REGINAM SOPHIAM, ex TEIFFENWISERIA gente oriundam. Prima Literarum Elementa a RENISCHIO, & TSCHAUTERO hausit, deinceps disciplina CRELLII, Scholæ Nicolaitanæ Rectoris, magno cum fructu usus. Tum vero in Academia Patria in Album Studiosorum receptus, Pro-Rectore B. ITTIGIO, omnem operam initio dedit, ut genuinis Philosophiæ Principiis animum imbueret. Eoque Consilio Viros fama meritisque Notissimos, HARDTIUM ac RYSSELIUM, sedulo audivit. Postea disciplinæ Juris se dedit, & JCTos longe Celeberrimos, LANGIUM, RIVINUM, MENCENIOS, FRANCKENSTEINIUM, SCHREITERUM, & KLEPPERBEINIUM, sedulo sectatus est, eorumque Scholas non interrupto industriæ ordine frequentavit. Disputationem publicam de variis Ju-

ris

ris Controversiis sub Præsidio MENCKENII JUN.  
habuit, paulo post a Magnifico JCTORUM Ordine,  
qui Lipsiæ est, in numerum Candidatorum Juris re-  
ceptus. Nuper admodum ab Ordine Nostro Sum-  
mos in Utroque Jure Honores modeste petiit, at-  
que ad consveta Examina admissus talem se gesfit,  
ut iidem ipsi unanimi omnium consensu decerne-  
rentur. Cras, DEO volente, prodibit in publicum,  
& Dissertationem Inauguralem a se conscriptam  
*DE JURAMENTO HÆREDUM*, me  
Præside, ventilandam proponet. Cui Actui Solenni  
ut *MMAGNIFICUS PRO-RECTOR, ILLU-*  
*STRISSIMUS COMES, PER-ILLUSTRIS*  
*LIB. BARO*, ceterique *ACADEMIÆ PRO-*  
*CERES AC CIVES* interesse velint, ea, qua par  
est, observantia & humanitate rogo. Dabit me-  
cum Univerfus Ordo Noster operam, ut nihil un-  
quam intermittat eorum, quæ ad officia studiaque  
mutuo declaranda pertinere videbuntur. Vitember-  
gæ d. XXI. Febr. MDCC XII.

---

VITEMBERGÆ,  
LITERIS GERDESIANIS.



99 A 6925

ULB Halle

3


002 546 892




80

V5 17







4

S. JURIDICI  
IN  
VITEMBERGENSI  
ECANUS  
LTHASAR  
NHER, D.

. Publ. Curiae Provinc.  
lesiastici, Scabinatus &  
Juridicæ Assessor,

L. S.

